Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L. j.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Nocte .xxxij. Lectio .j.

CRedidit abram deo. ⁊
reputatum eſt illi ad iuſtici-
am. Dixitq; ad eũ. Ego do-
min⁹ q̃ eduxi te de hur chal-
deorum vt darem tibi terrã
iſtam et poſſideres eam: at il
le ait. Domine deus: vnd̄ ſci
re poſſum q̄ poſſeſſurus ſũ
eam. Et reſpondit domin⁹.
Sume mihi inquit vaccã
triennẽ ⁊ capram trimam et
arietem annorũ trium: turtu
rem quoq; ⁊ columbã. Qui
tollens vniuerſa hec: diuiſit
ea per mediũ: ⁊ vtraſq; par
tes contra ſe altrinſecus po
ſuit. Aues autem non diui
ſit. Deſcenderũtq; volucres
ſuper cadauera: et abigebat
eas abram. Tu aũt. Lectio .ij.

CVmq; ſol occũberet ſopor
irruit ſuper abram: ⁊ horror
magnus ⁊ tenebroſus inua-
ſit eum. Dictumq; eſt ad eũ
Scito prenoſcens q̄ pegri-
num futurũ ſit ſemen tuũ in
terra non ſua ⁊ ſubijciẽt eos
ſeruituti: ⁊ affligẽt q̄dringẽ-
tis annis. Verũtamen gen-
tem cui ſeruituri ſunt ego iu
dicabo: ⁊ poſt hec egredien-
tur cum magna ſubſtantia.
Tu autẽ ibis ad patres tu
os in pace: ſepultus in ſene-
ctute bona. Generatiõne aũt
quarta reuertẽtur huc. Nec-
dum eñi complete ſunt iniq̃
tates amorreorũ vſq; ad pre
ſens tempus. Tu. Lectio .iij.

CVm ergo occubuiſſet ſol:
facta eſt caligo tenebroſa: et
apparuit clibanus fumans:
⁊ lampas ignis tranſiens in
ter diuiſiones illas. In die
illo pepigit dominus fedus
cum abram dicens. Semi
ni tuo dabo terram hanc a
fluuio egypti vſq; ad fluuiũ
magnum eufraten: cineos ⁊
ceneſeos cethmoneos ⁊ ethe
os ⁊ phereſeos raphaim q̄q;
et amorreos chananeos et
gergeſeos ⁊ iebuſeos. Tu.

Nocte .xxxiij. L .j. Gen̄ .16.

IGitur ſarai vx- cap.
or abram non genue-
rat ſibi liberos: ſ; habẽs an-
cillam egyptiã nomĩe agar:
dixit marito ſuo. Ecce con-
cluſit me dominus ne pare
rem: ingredere ad ancillam
meam: ſi forte ſaltem ex il-
la ſuſcipiam filios. Cumq;
ille acquieſceret deprecanti:
tulit agar egyptiam ancil-
lam ſuam poſt annos decẽ
q̄ habitare ceperãt in terra

chanaan: et dedit eam viro
ſuo vxorē Qui ingreſſus eſt
ad eā. At illa cōcepiſſe ſe vi/
dens: deſpexit dn̄am ſuā. T
Dixitqȝ ſarai ad Lctō. ij.
abram. Iniq̄ agis cōtra me
Ecce dedi ancillā meā in ſi/
nū tuū: q̄ videns ꝙ cōceperit
deſpectui me habet Judicet
dn̄s inter me ⁊ te. Cui rn̄dit
abram. Ecce ait ancilla tua
in manu tua ē vtere ea vt li/
bet. Tu autem. Lectio. iij
Affligēte igit̄ eam ſarai fu
gam iniịt. Cumqȝ inueniſſȝ
eam angelus dn̄i iuxta fon/
tem aque in ſolitudine que ē
in via ſur in deſerto: dixit ad
illā. Agar ancilla ſarai vn̄d
venis: ⁊ q̄ vadis. Que rn̄dit
A facie ſarai dn̄e mee ego fu
gio. Dixitqȝ ei angelus dn̄i.
Reuertere ad dn̄am tuā et
hūiliare ſub manu illi⁹. Et
rurſum. Multiplicās inq̄t
multiplicabo ſemē tuū ⁊ nō
nūerabit̄ pre multitudīe Ac
deinceps. Ecce ait cōcepiſti
et paries filiū: vocabiſqȝ no
men eius yſmahel: eo ꝙ au/
dierit dn̄s afflictionē tuam.
Hic erit ferus hō. Manus
eius cōtra oēs: et man⁹ oīm
ꝯtra eum: et e regiōe vniuer

ſoꝝ fratrū ſuoꝝ figet taber/
nacula. Tu autem domine.
Nocte. xxiiij. Lcō. j
Vocauit aūt agar no/
men dn̄i q̄ loquebat̄ ad eā:
tu de⁹ q̄ vidiſti me. Dixit eñ
Profecto hic vidi poſterio
ra videntis me. Propterea
appellauit puteū illū: puteū
viuētis ⁊ vidēt̄ me. Ipe eſt
inter cades ⁊ barath. Pepe
ritqȝ agar abre filiū: q̄ voca
uit nomen ei⁹ yſmael. Octo
ginta ⁊ ſex annoꝝ erat abrā
qn̄ peperit ei agar yſmahelē
Tu autē. Lcō. ij. Gen. 17.
Poſtq̄ꝫ vo nonagita et no
uem annoꝝ eſſe cepat appa
ruit ei deus: dixitqȝ ad eum
Ego de⁹ oīps. Ambula co/
ram me: et eſto pfect⁹. Po/
nāqȝ fedus meū inter me et
te: et mltiplicabo te vehemē
ter nimis. Cecidit abrā pn⁹
in faciē. Dixitqȝ ei de⁹. Ego
ſum et ponā pactū meū tecū
eriſqȝ pater mltaꝝ gentium
Nec vltra vocabit̄ nomen
tuum abrā ſed appellaberis
abraam: qȝ patrē mltaꝝ gē/
tium conſtitui te. Faciāqȝ te
creſcere vehemētiſſime ⁊ po
nam te in gētib⁹: regeſqȝ ex
te egredient̄. Et ſtatuam pa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN